cum ipsis usque in hodiernum diem. Unde precor uos qui fideles estis. ut ita uitam
uestram & conuersationem seruetis. ne in aliquo uel ipsi scandalum patiamini
uel aliis scandalum faciatis. sed sit uobis summi studii summaque cautela.
ut quis in hanc sc̄am conuersationem uestram pollutus introeat. ne quis iebusaeus
inhabitet uobis. Cum uides enim quia dicit scriptura quod non potuerunt
filii iuda eicere iebusaeos de hierusalem. Iebusaei interpretantur concul
catio. Ergo quia non possumus eicere omnes istos qui nos conculcant. eos staq in.
quos possumus quorum peccata manifesta sunt. Ubi enim peccatum euidens
non est. eicere de ecclesia neminem possumus. ne forte eradicantes zizania
eradicemus simul & iam cum illis triticum. Mouet me tamen quod dixit.
quia non potuerunt eicere iebusaeos id est eos qui interpretantur concul
catio. & ideo uideamus qui sunt in ecclesia conculcantes. Illi sine dubio de
quibus dn̄s dicebat in euangelio. Nolite mittere sc̄m canibus. Neque mar-
garitas uestras ante porcos. Ne forte conculcent ea pedibus suis & con
uersi disrumpant uos. Iste est ergo iebusaeus qui indigne audiunt uer-
bum dī & cum audierint. neque ut infideles discedunt. neque p̄manent
ut fideles. sed per certa mysteriorum notitia & fidei nr̄ae secretioribus per-
scrutatis conuersi disrumpant nos. & contradictionibus suis corda nostra
disrumpant conculcantes uerbi dn̄i margaritas & ornamenta fidei macu
lantes. De istis ergo dicitur quia non potuerunt filii iuda eicere iebusaeum
de hierusalem usque in hodiernum diem. Simile & aliquid scriptum est.
& de effrem ait scriptura. & non disperdidit effrem chananeum qui ha
bitabat in gazer. & habitauit chananeos in effrem. usque in hodiernum
diem. Effrem interpretatur fructificatio. Qui ergo fructificat & cres
cit in fide non potest exterminare chananeum semen pessimum semen
maledictum semen semper mobile semper incertum. hoc enim interpre
tatur chananeus. & certum est quia cum eo & qui fructificat & crescit
semp̄ habitat chananeus. Numquam enim temptationum motus cessant
a beo. sed tu fueris fructificas in dō. & uides talem aliquem inquietum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0126